GREGORIUS MAGNUS. HONORIUS AUGUSTODUNENSIS
2. Hälfte 12. Jh. Seite 17r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36569
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



quisq: in culpa lapsus ad statum iusticie ex pastoralis sol
licitudinis uigore reuocatur. Fracturam uero ligamen as
tringit. cum culpam disciplina deprimit. ne plaga usq: ad
interitum deffluat. si hanc districtionis seueritas non
coartat. Sed sepe deterius frangitur cum fractura incaute
colligatur. ita ut grauius scissuram sentiat. si hanc in mode
ratius ligamenta constringant. Vnde necesse est ut cum
peccati uulnus in subditis corrigendo restringitur. mag
na se sollicitudine et iam districtio ipsa moderetur.
quatenus sic iura discipline contra delinquentes exer
ceat. ut pietatis uiscera non amittat. Curandum quippe est
ut rectorem subditis et matrem pietas. et patrem exhi
beat disciplina. atque inter hec sollicita circumspectione
prouidendum. ne aut districtio rigida. aut pietas sit re
missa. Nam sicut in libris iam moralibus diximus. discipli
na uel mia multum destituitur. si una sine altera teneatur.
Sed quia subiectos suos inesse rectoribus debet. et iuste con
sulens mia. et pie seuiens disciplina. Hinc namque est
quod docente ueritate per samaritani studium semiui
uus in stabulum ducitur. et uinum atque oleum uulne
ribus eius adhibetur. ut per uinum scilicet mordeantur uulne
ra. per oleum foueantur. Necesse est quippe ut quisque sa
nandis uulneribus prestet in uino morsum doloris
adhibeat in oleo molliciem pietatis. quatenus per ui
num mundentur putrida. per oleum sananda foue
antur. Miscenda quoque est lenitas cum seueritate. faciendum
quoddam ex utroque temperamentum. ut neque multa
asperitate exulcerentur subditi. neque nimia be
nignitate soluantur. Quod iuxta uocem pauli. be